ILL^MI. AC REV^MI.
D.D.F^R. JOANNIS DE MONTALVAN,

EX ORDINE PRÆDICATORUM
SALMANTICENSIS ACADEMIÆ IN SACRA THEOLOGIA
Magiſtri, ac Veſpertinæ Cathedræ diu Moderatoris, Epiſcopi Accitani,
& Vaſtenſis, & iam ad Eccleſiam Placentinam promoti,
DISPUTATIONUM THEOLOGICARUM IN 1. P. D. THOM.

TOMUS TERTIUS.

EXCELLENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO DOMINO, ET PATRI
Fr. JOSEPHO CAMPUZANO DE LA VEGA, Totius Regalis, & Militaris
Ordinis Beatiſsimæ Virginis Mariæ de Mercede, Redemptionis
Captivorum, Magiſtro Generali dicatus.

*PER P. PRÆSENTATUM Fr. DIDACUM RASPEñO, ORDINIS
Prædicatorum, cuius labore, & induſtria in lucem prodit.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

CUM SUPERIORUM PERMISSU.

Excudebat SALMANTICÆ: Apud Sanctum Stephanum, Antonius
Prieto Paſſaròn. Anno Domini M.DCC.XXX.

DE INEFFABILI, ET SACROSANCTO TRINITATIS MYSTERIO.

APUD DIV. THOM. 1. PART. A QUÆST. 27. uſque ad 43. & iuxta Angelicam ipſius mentem elaboratio.

PROEMIUM, ET PARTITIO OPERIS.

CONSIDERATIS his, quæ ad Divinæ eſſentiæ unitatem pertinent, progredimur cum Div. Thom. ad conſiderationem eorum, quæ ad Trinitatem Perſonarum in Divinis ſpectant. Inter quam conſiderationem, & aliam tantum mihi intereſſe videtur, quantum inter Theologiam, & philoſophicas diſciplinas: ea namque, quæ ad Dei unitatem pertinent, non ſunt totaliter à lumine naturalis rationis aliena: plura enim, & ferè omnia per innatum lumen demonſtrantur. At omnia, quæ ſpectant ad Trinitatem perſonarum, tam ſupra omnem eius proportionem ſunt, ut nihil, niſi à Deo revelatum, poſſimus cognoſcere. Quapropter conſiderationem huius Myſterij eo animo ſuſcipimus, ut ſtatuta veritate eius ſecundum regulas Fidei, ea colligamus, quæ Theologico more ex principijs revelatis certiùs, & probabilius elici poſſunt. Semper tamen præ oculis eſt habendum in tractatu huius Myſterij illud S. P. Aug. *lib. 1. de Trinit. cap. 3. Quod nullibi periculoſius erratur, nec laborioſius aliquid quæritur, nec fructuoſius aliquid invenitur.*

Quod ad ordinem autem pertinet, eundem prorſus ſequemur, quem Ang. Doct. ſervavit, ac docuit: qui tractatum iſtum generaliter in tres partes diviſit: in prima egit *de Divinis Proceſſionibus, ac Relationibus*: In ſecunda, *de Divinis Perſonis, tàm in communi, quàm in particulari*: Denique in tertia, *de His quæ ad illas conſecuntur.* Sed ante omnia præmittendum eſt Dubium quoddam præambulum, in quo veritas huius Myſterij iuxta Sacram Scripturam contra Hæreticos ſtabiliatur, ac defendatur. Sit igitur.